



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Index Capitvm Hvivs Opvscvli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

# N I C O L A I L A N C I C I I

## E S O C I E T A T E I E S V O P V S C V L V M S P I R I T V A L E

### Q V I N T V M.

De medijs ad virtutes initio vitæ spiritualis acquisitas, postea  
conseruandas & augendas.

## I N D E X C A P I T V M

### H V I V S O P V S C V L I.

**T**ria prima Monita: quod vota despondeant animam Christo: & exigant amorem erga Deum, situm in suarum rerum communicatione. CAP. I.  
De fidelitate Deo debita, & de obedientia. CAP. II.  
De progressu in virtutibus curando, & in quo ille situs sit. CAP. III.  
De Examine particulari. CAP. IV.  
De quotidianâ meditatione. CAP. V.  
De Examine generali quotidiano. CAP. VI.  
De Eucharistiâ piè suscipiendâ. CAP. VII.  
De frequenti Colloquio cum Patre spirituali. CAP. VIII.  
De curâ minimorum. CAP. IX.  
De fugiendis septem defectibus qui sunt, Liberras in agendo: Sermones de rebus

friuolis: Colloquia cum personis vetis: Conuersatio cum non spiritualiter uiuentibus: Irrisio aliorum periculosa: Particularis amicitia: Negligentia in officiis domesticis manualibus. CAP. X.  
Vitium immodestiae fugiendum. CAP. XI.  
Quatuor particulares immodestiae defectus vitandi: Vox clamosa: Nimij risus & cachinni: Sermo scurrilis: Oculorum curiositas; praesertim circa formosas facies. CAP. XII.  
Tria monita: Primo anno scholæ & magistris sibi attendendum: non minuenda opinio de sanctitate Ord. vel Congregationis. ob defectus aliorum: Occupationes distractiuæ non impediunt profectum in virtutibus, si seruetur antea dicta. C. XIII.

Index rerum præcipuarum huius Opusculi, positus est in fine totius Operis.

## P R O O E M I V M.



**R**ogatus à quibusdam, ut nostræ Societatis iuuenibus, aliqua traderem cõsilia, seu monita, pro conseruandis & augendis virtutibus in Nouitiatu acquisitis, vel, ut loquuntur Asceta, pro conseruando & augendo spiritu; id feci libenter. Sed cum aliquot ante annos, ea quibusdam in

Bohemiâ pro vsu privato describenda dedissem, & didicissem profuisse: postea operæ pretiū existimaui me facturum, si pro alijs quoque vitæ spirituali addictis, ea publici iuris facerem, uti nunc facio. Sunt enim eiusmodi omnia, ut excepto serè primo breuissimo monito, reliqua in quouis hominum statu vitam spiritualemente colentibus, magno vsui possint esse. Talia enim hæc traduntur instrumenta virtutum, sita in vitandis serid